

Define flere patrem, minime qui morte perivit,
 Sed potiore est parte superstes.
 Nam rerum prudens animus, bonus atque fidelis
 Quo vultu alto dona nocentum
 Reiecit, fidus quo commoda semper honesto
 Postposuit, celebrabitur usque
 Propter eam mentem dolet illum, candide **LAVHN**,
 Nunc Tecum incola Vinariensis.
 Grande nefas patiens ciuis venit, ostia pulsans
LAVHNIVS, ecce! cupitus obiuit,
 A cuius mira nunc dexteritate fideque
 Sperabat ius auxiliumque.
 Atque orbis doctus iuris legumque peritum
 Flet, careat quum lumine tanto.
 Ast sic est: viuit, tantum perisse videtur,
 Ille viget per saecula mille.
 In Te ac fratre tuo patris spectatur imago,
 In Vobis, cognoscitur eius
 Ardens consilium faciendi nauiter illa,
 Quae ciui, atque urbi, patriaeque
 Ac illi, campos duros qui findit aratro,
 Magna ferunt augmenta salutis,
 Quae profunt multis, quae dant locupletibus aequae,
 Aequae pauperibus bona mille.
 Vinit et in libris, queis doctum orbem decorasti,
 Quos iuris legumque periti
 Mirantur, quos et doctorum scripta notantes
 Per menses chartis, reticeri
 Incomitos non sunt passi. Tua laude tulerunt
 Tot rari ingenii monumenta.
 Haec inter referto perdignos laude libellos,
 Queis docte varia ratione
 Tractasti *Titulos*, *Retraictus* atque *Recursus*,
 Atque alia eiusdem argumenti,
 Sic quoque Te decorat doctrina politior, ista
 Quantus sis, quantum valeasque,
 Est testis coetus Ienensis, qui colit atque
 Sectatur leges veneresque
 Linguae Teutonicae, Tua qui doctissima scripta
 Praelectu perdigna putauit.
 Id quoque testatur praeclare epistola scripta,
 Hisce modis inscribitur illa:
Patronus Cicero Medicorum artisque medendi.
 Estque rei claro documento,

U

Quam